



Heroicarvm Et Ecclesiasticarvm Quaestionvm Libri VI.

Sex libris prioribus universa Regalium, Iurisdictionis Ecclesiasticorum
Temporalis Et Constantinianae Donationis ratio discuritur ... contra
profanas & vanas cuiusdam Bodini novitates

De Satvrnino Permvttationis Beneficialis (Etiam Triangvlaris) - iure
Commentarius ad omnes Pontificum Constitutiones hûc pertinentes;
contra sceleratas & impias Ecclesasticorum beneficiorum mundinationes &
heriditarias quasi successiones

Epo, Boetius

Duaci, M.D.LXXXIIX.

238 Consensus eorum quorum interest an præcedere debeat, an sufficiat
si sequatur.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61721](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61721)

debet ordinarius collator permutationem id est ex causa permutationis resignationem (sua nimirum retinentibus beneficia his qui permutare desiderabant) vel si semel admiserit huiusmodi resignationem, non potest aliis quàm solis permutantibus hæc beneficia sic resignata hinc indè conferre. Singulas nunc excutiamus huiusce Clementinæ clausulas.

Ait Pont. *Concessione iuris utentibus.* Intelgit Pont. permutationem rectè canonicè que vel deliberatam vel conceptam vel destinatam à meditantibus eandem permutationē, sine vitio nimirum prorsus vlllo, solius autoritate superioris incundā perficiēdamque. nec enim sola fraus permutantiū vel mutua vel quæ fiat aliis abesse debet vt permutantes dicātur concessione iuris vti, sed omne omnino vitium. Quo in genere quæretur haud insulsè, quid si consensus eorum qui vel patronatus habēt ius vel collationis vel electionis vel institutionis vel confirmationis vel quid simile cur consentire vel dissentire possint eo quòd ipforum interfit, non fuerit requisitus in ipsa permutatione sed postea per interuallum petitus & impetratus? An permutatio confirmetur, an verò præcedere consensus debeat ita vt noua permutatione sit opus? Ac verius est, sufficere si consensus vel sequatur. DD. ad c. cum consuetudinis. de consuetud. & ad cap. unic. de rer. permutat. in 6. quò pertinebat etiam quæstio superius ad cap. cum olim. in verb.

238
Consensus eorum quorum interest an præcedere debeat, an sufficiat si sequatur.

Resignavit disputata de validitate vel inualiditate permutationis factæ præteritis illis quorum consensus requiritur & qui nulla ratione volunt vnquam consentire; permutationem videlicet nihilominus ipso quidem iure valere, sed esse rescindendam.

239
Beneficia Ec-
clesiastica ve-
rè proprièq;
esse spiritua-
lia. Et non
tantum spiri-
tualibus an-
nexa.

Ait Pont. *Præsertim circa spiritualia*. Singulariter est hinc obseruandum, beneficia ecclesiastica nominari & esse spiritualia; non solum quòd eorum titulus quid spirituale sit, d. c. dilecto. de præbendis, qui datur propter officium diuinis in rebus, c. vlt. de rescriptis in 6. verumetiam quòd in bonis temporalibus quidem sed ipsi Deo vel Ecclesiæ Christi donatis & collatis atque dicatis consistat. Attamen quia fructus ipsi beneficiorum sunt merè temporales & in commercium cadunt, plerique beneficia referunt inter annexa dumtaxat spiritualibus. fortè non omninò solidissimè, nam non tam fructus ipsi vel prædia ex quibus fructus percipiuntur spectari debent in beneficiis ecclesiasticis rectè diiudicandis, quàm ius ipsum seu facultas fructuum & emolumentorum talium percipiendorum; iuxta definitionem paulò superius à nobis traditam: quod quidem ius, merè spirituale quid esse nemo negauerit. Rectius itaque cum summo Pont. vel cum generali verius Concilio Viennensi beneficia quæuis ecclesiastica spiritualibus ipsis rebus adnumerabimus.

Ait Pont. *Ne illudatur*. Cùm in omnibus omnino contractibus & hominũ conuentio-
nibus